

gloriam , & incorruptionis mundus , complura ejus loca evincunt ; immo donum hoc Corpori Christi jam conlatum multis extollit . Et quanta quidem in Cœlesti illa Hierusalem sit iam Sanctorum Beatitudo , ex ipso Hilario intelliges ita scribente Tractat. in Psalm. LXII. num. 3. Sicut Anima mea ad Deum vivum , quando veniam , U' parebo ante Faciem tuam ? Hoc Anima desiderium , bæc sitis Spei ejus est , ut Dei sibi proveniat Adspicere , ut quamprimum raptus in nulibus , Deo Christo obviam elevatus appareat . Infra addit : Sed in Sancto Dei non aliter apparetur Deo , quam secundum illud : Qui me vidit , vidit U' Patrem . Apparens Filio , Patri apparebit in Filio . Atque ut in Sancto appariturus Deo , subjecit : Ut videarem virtutem tuam U' gloriam tuam . Eum videlicet ut videret , qui secundum Apostolum U' Virtus Dei est , U' in Gloria Dei est : visurus autem non ad aliud , quam ad consortium Aeternitatis merendum , U' ad Regni Cœlestis aeternitatem sortiendam : quia bæc per misericordiam Dei ultra vitæ bujus beatitudinem præparentur . Igitur Justi , quum hinc dissolvuntur , sunt cum Christo , quem qui videt , videt U' Patrem ; & Christum intuentur in Glorio Dei . Nega his , si potes , Beatitudinem ac Visionem Dei in Cœlo . Ad hæc , ut infra videbimus cap. xiv. nihil aliud Hilario est Paralip̄sis , nisi Regnum Cœlorum , quo etiam ait translatum fuisse peccantem Latronem . Huic autem Latroni alias quoque similes ait , in illam propterea Gloriam inventos . Scimus , inquit Tractat. in Psalm. LXV. num. 26. plures sacramentorum divinorum ignoravos , exemplo Martyrum ad martyrium cucurrisse ; U' extra Scientiam Fidei ante viventes , facto Fidei presentis edoctos ipsam illam consummatae in martyrio Fidei Gloriam Consequentes . Qualis fuit ille , qui Dominum in sua damnatione confessus est , dicens : Memento mei , Domine , quum veneris in Regnum tuum . Qui mox tale martyrii a Domino munus accepit : Amen dico tibi , bodie tecum eris in Paradiso . Si in Paradiso , hoc est , in Regnum , debeat est Latro : ergo & ceteri Martires , five testes Fidei Christi , illuc fuere deducti . In Libro quoque de Trinitat. num. 61. ait : Promissio Paradisi , viventis Dei Regnum est . Author est etiam idem S. Episcopus Tractat. in Psalm. LXVII. num. 27. Dominum Salvatorem nostrum in Cœlestem Regiam ingressum , Viciutibus Cœlestibus , Animisque Sanctorum , iter ejus praesuntibus : atque adeo non occlusa , ut Burnetus dicitat , sed jamdiu reclusa Justis fuere Cœlorum ostia . Neque in locis dumtaxat indicatis , sed & in aliis Hilarius ipse prodidit minime procrastinatam Sanctorum Beatitatem in Cœlis . Tractat. in Psalm. LI. num. 17. de viventium terra , cuius non semel supra fecimus mentionem , agit , eamque Regnum Christi esse nos docet , hoc est beatum in Cœlum cum Christo consortium . Aulus , inquit , de tabernaculo , eradicatorum U' de viventium terra . Qui enim non manebit in Christo Regni Christi incola non erit . Non erit autem , non quod sibi non pateretur incolatus ; universis enim patet , ut consortes sint corporis Dei atque Regni &c. Proprieta , teste eodem S. Antistite , in fine ejusdem Tractatus num. 24. Justus in hoc Mondo Domini nostri Jesu Christi nomen expectat : Jesum scilicet videre , iudest